In nomine domini nostri Ihesu Christi. Notum sit cunctis hominibus quod ego Guillelma filia quondam Bernardi Jacheti
cum assensu et voluntate Petri Jacheti consanguinei et Petri de Carcassona avunculorum meorum in ipsam
dono et trado vobis Petro Tolosani filio quondam Petronii Tolosani ortolani in uxorem legalem sicut lex
Christi precipit et beati Petrus et Paulus affirmant et in ecclesia Dei constitutum et ordinatum est et
dono vobis mecum simul in exovario ad consuetudinem civitatis Ilerde ducentos solidos iaccenses. Ob quam
causam ego Petrus Tolosani ob amorem sobolis propagande in Dei nomine duco vos dictam Guillelmam in
uxorem et michi ipsi dono et trado vobis legitime pro marito sicut lex Christi precipit et beati Petrus
et Paulus affirmant et in ecclesia Dei constitutum et ordinatum est. Et confiteor et recognosco tibi
cum hoc presenti publico instrumento me habuisse ac recepisse a vobis uxore mea predicta exovarium supradictum
unde bene ad meam voluntatem vobis pacatus sum. Renuncians exceptioni non recepti exovarii
et dotis. Et quoniam matrimonium cum sponsalicio fieri consuevit, concedo et dono vobis eidem uxori
mee in sponsalicio vestro de mea propria pecunia ad consuetudinem civitatis Ilerde centum solidos iacc.
et sic sunt in summa inter exovarium et sponsalicium in trecentis solidis iacc. quos omnes
dictos .CCC. solidos iacc. melioris monete currentis inde pari et uno bona fide laudo et concedo
vobis dicte uxori mee et vestris quod eos habeatis super omnibus bonis meis mobilibus et inmobilibus habi-
tis et habendis ubicumque sint specialiter et generaliter ad vestrum bonum intellectum et vestrorum. Quod est actum
.IIII. idus novembris anno domini M. CC. LX. quarto. Sig+num Guillelme filie quondam Bernardi Jacheti.
Sig+num Petri Jacheti. Sig+num Petri de Carcassona. Sig+num Petri Tolosani mariti dicte Guillelme
predictorum qui hoc concedimus et firmamus firmarique rogamus. Sig+num Guillelmi Dain mercatoris. Sig+num
Arnaldi Sobira pelliparii. Sig+num Arnaldi Serra. Sig+num Jacobi Climent ortolanorum testium.

Sig+num Guillelmi Sala notarii publici Ilerde qui hoc scripsit.

104/147

108 [illegible] Ortet [illegible] [illegible]

[illegible] capitulacion matrimonial de Da. Guillerma hija de Bernardo [illegible] y de Pedro [illegible]